

3. Adolf Friederich Hartmann, Sohn des Schullehrers Hartmann zu Horsten in Ostfriesland;

Thème: D'où vient-il que les Français ont adopté dans les temps modernes une opinion plus favorable à la littérature allemande?

4. Johann Friederich Georg Dieterich König, Sohn des Pastors König zu Imsum, Amts Dorum;

Thema: Neber die Vortheile, welche die Küstenbewohner vor den mehr landeinwärts sijzenden Stämmen haben.

Ebenderselbe reihet an dieses Thema die Wünsche für das Heil unseres Allernädigsten Königs und des ganzen Königlichen Hauses.

Die Pausen zwischen dem Auftreten dieser Redner wird Musik nebst Declamation jüngerer Schüler füllen.

Den Beschluß macht Gesang sämmtlicher Schüler unter Begleitung von Instrumentalmusik.

H. G. Plaß,

Director.

P r o g r a m m

zu einem Redeacte,

durch welchen das

Dom-Gymnasium zu Verden

den Geburtstag

Seiner Majestät unseres Allernädigsten

K ü n i g s

am 27. Mai 1858 feiern wird.



Gedruckt in F. Tressen's Officin.

1858.

In h a l t.

1. Disputatio de auctoribus ejus, quae vulgo fertur L. Annæ Flori epitome rerum romanarum. Scr. H. G. Plass.
 2. Schulnachrichten.
 3. Uebersicht über die Schulfeierlichkeit, zu welcher im Namen des Gymnasiums gehorsamst einladet der Director H. G. Plaß.
-

Auctoribus

amoris fratrum fratrumque sibi adirentur et ceteris
eiusdem et illorum successores inter
temporibus suis anno millesimo quattuorcentesimo nonnulli
etiamque postea inter annos nonnulli annos nonnulli
etiamque postea inter annos nonnulli annos nonnulli

De auctoribus

eius,

**quae vulgo fertur L. Annaei Flori epitome rerum
romanarum.**

memoria de angelis, nichil idcirco existimat, sibet membrum
memoriae mentis, memoriis animalium, probat, testificatur, matutina
autem, nocturna, diuinorum, & aliorum saeculorum memoria, omnes
memoriae, parvularum, etiam omnesq[ue] ab initio 10
autem in memorie amplius numeri, etiamq[ue] totadib[us] illi imp[er]i
memoria, nec circuitorum, ut producuntur, ex omnibus, melius
omnibus, etiamq[ue] non, quod cum dicitur, testificatur, etiamq[ue]
ab initio, etiamq[ue] non, quod cum dicitur, testificatur, etiamq[ue]

Abhinc annos paucos quum animi oblectandi causa L. Annaei
Flori epitomen rerum romanarum legerem, cito quod non ex-
spectaveram accidit, ut in multis, quae mira videbantur et
meditatione digna, haerens, omni abjecto oblectationis consilio,
intentiori cura perscrutarer, quae mentem tenebant. Dicendi
quidem genus quamvis singulare et orationis nitorem fucatum,
quippe quae notissima, minus spectans, nec rerum, quae nar-
rantur, veritatem ponderans satis dubiam, vestigia quaedam
mihi videbar deprehendere, quae proderent, quod jam diu viri
docti latere dolent et saepissime disputatum tractaverunt, sive
testarentur, quibus auctoribus et quibus temporibus illud opus
esset scriptum et in eam, quam nunc habemus, formam redac-
tum. Namque eorum, quae mira suspiciebam, summa verte-
batur in quaestione, num illa testimonia ad unum auctorem
et ad idem originis tempus possent referri. Erant, quae virum
demonstrarent Augusto imperante viventem eundemque poetica
quadam facultate ornatum et non tam id agentem, ut rerum
romanarum historiam scriberet, quam ut populi romani lauda-
tionem haberet atque coronam quasi quandam huic imponeret
Augusti praedicationem. Rursus alia omnem sustulerunt dubita-
tionem, auctorem operis, quale nunc legeretur, sub impera-
toribus aut Trajano aut Hadriano vixisse eundemque rem
susceptam ad suum usque tempus voluisse perducere, nec ta-
men perduxisse. Ita factum, ut illo jam tempore opus alterius

cujsdam studiis retractatum mihi viderer legere et primum auctorem suspicarer eundem Julium Florum, quem amicum aetate minorem Horatius Epist. I. 3. depingit, ingenium ejus et mores et studia venustissimo modo significans, alterum, qui illa videbatur retractasse, vanum aliquem rhetorem et eum quidem tam stupidum et impudentem, ut promissis non staret nec suscepta absolveret, quum opus mox intelligeret periculosae operae plenum. In hac sententia tum acquiescens studia non ultra sum persecutus.

Non multo tamen post in ea incidi, quae Bachr, vir litterarum romanarum eximie peritus, in Encyclopaedia universali (ed. Ersch et Gruber) de illo scripsit L. Annaeo Floro; atque non sine admiratione quadam comperi, jam ante quinquaginta fere annos virum doctum, minus tamen clarum, haud dissimilem protulisse et acriter defendisse sententiam, verum tamen, quum audacior in re agenda versatus esset et germanum Florum resingere studens plurimos illius operis locos aut delevisset aut immutasset, a viris doctissimis, valido librorum scriptorum praesidio munitis, esse explosum. Titze, qui dicitur ille vir*), facere non possum, quin censem plurima vidisse vera et in multis perverse esse a censoribus doctissimis castigatum, sed gravius peccasse, non observantem eam legem, quae praescribit „ne quid nimis“. Iis tamen, quae sunt vera, postliminium est dandum; id quod, quum scribendi necessitas sit imposta, me movit, ut litem olim male actam et sub judice relictam conarer ad virorum doctorum tribunal referre. Ita fit, ut jam habeam propositum, probare, epitomen illam sub Augusto imperatore primum esse editam, post vero sub Trajano vel Hadriano ab impudenti rhetore retractatam.

*) De epitomes rerum romanarum, quae sub nomine L. Annaci sive Flori sive Senecae fertur, aetate probatissima, vero auctore, operis antiqui forma quaestionum novarum libr. III. ed. Franciscus Nicolaus Titze, Linckii 1804. Praeterea Prolegomena editionis, quam postea idem curavit.

Quum illa omnia, quae alii de hujus operis auctore tradiderunt, nullius sint pretii et momenti, argumenta vero ex nulla nisi epitome ipsa possint peti, duo loci videntur per vestigandi; quorum alter continet, quae auctor de se, in primis de tempore, quo vixerit, passim prodit, alter totius operis dispositionem eamque nequaquam sibi constantem, sed haud dubie duplicem et in unam pessime conflatam.

Ad primum locum referenda sunt, quae sententiam vulgo receptam defendunt, auctorem sub Trajano vixisse vel Hadriano. Namque in prooemio libr. I. leguntur verba: „a Caesare Augusto in saeculum nostrum haud multo minus anni ducenti, quibus inertia Caesarum quasi consenuit atque decoxit; nisi quod sub Trajano movet*) lacerlos et praeter spem omnium senectus imperii, quasi redditia juventute, revirescit“. Eadem vim atque naturam habet illud, de quo postea, dispositionis genus, quo vita populi romani dispergitur in infantiam, adolescentiam, aetatem virilem sive robustam maturitatem, denique senectudem, quae sub Trajano virium incrementis denuo assurgat. Idem efficiunt oppida duo, quae I., II., 8 et 9 commemorantur. Quo loco bella dicens a Romanis post exactos reges gesta esse contra Latinos, parva addit oppida nunc suburbana olim contendisse cum Roma, idem tunc fuisse Faesulas, quod Carras nuper, Fregellas, quod Gesoriacum. Ibi ambigitur quidem de nomine Carrarum; namque sitae sunt in Mesopotamia, et haud procul ab iis olim victus est Crassus, bellum inferens Parthis, ut Florus, si vixisset sub Augusto, tamen ejus mentionem facere potuisset; iisdem vero major fama apud Romanos addita est sub Trajano, qui coloniam militarem curavit deducendam**).

*) Alii legunt „movit“. Qui ita, Florum referre possunt ad Hadrianum; quia tamen sequitur „revirescit“, malim retinere „movet“, et non premere ducentos illos paulo minus annos. Ceterum haec res nullius fere momenti.

**) De his Carris nemo recentiorum uberior egit quam Cellarius, vir nunc fere oblivioni temere datus, in orbis antiqui notitia Vol. II. p. 726 sq.

Sed gravioris momenti est commemoratum Gesoriacum, quod, situm in Gallia et hodie dictum „Boulogne“, non prius nominis famam adeptum est quam sub Claudio imperatore. Qui quidem*), quamquam ante eum Julius Caesar ex Itio, hodie „Calais“, vela dederat**), classe Gesoriaci collecta ex hoc portu in Britanniam trajecit, ut veri sit quam maxime simile, epitomes auctorem ejus mentionem injicientem post Claudii tempora vixisse.

Haec sunt vestigia, pauca quidem, duo tamen certissima, quae dixi perducere ad scriptorem, sub Trajano vel Hadriano vitam degentem. In prorsus contrarias partes, ad Augustum imperatorem, deferunt alia, de quibus jam dicendum.

Etenim si extremam epitomen, in primis libr. IV. cp. 12, in quo Augusti bella contra exteras gentes gesta cursim quidem, gloriose tamen narrantur, paulo attentius legis, facere non poteris, quin putas, haec omnia, nisi quod aliquantulo latius sint diducta, prorsus convenire illi, quem jam ab Horatio, Virgilio, Ovidio, aliis poetis sub Augusto florentibus morem videmus receptum, imo suspicaris, eum, qui verba illa faciat, nullum esse nisi Horatii illum amicum, urbanae blandientium elegantiae cum dignitate quadam civili et gravitate conjunctae hand expertem. Prorsus alia fuit ratio, quam sub insequentibus imperatoribus religiose tenere solebant. Solis Tacito et Suetonio exceptis, quorum tamen opera de Trajano atque Hadriano aut non unquam sunt composita aut ad nostra non pervenerunt tempora, nemo illorum, qui sub imperatoribus res romanis exposuerunt, inde a Vellejo Paterculo est, quin profusius, saepe turpius blandiatur imperatori et praepotentibus viris, penes quos, quo tempore vivebat, summa erat rerum;

*) Sueton. Claudio ep. 47, conf. Plin. hist. nat. 4, 46. Mela 3, 2. Ptolemaeus 2, 9.

**) Strabo 4, 5, pag. 322 ed. Tauchn.; Caesar bell. gall. V., 2 et 5. Etiam de hoc Itio fusius agit Cellarius Vol. I. p. 375 sq.

quid? quod consuetudo recepta et necessitas imposita efficit, ut talia legentes auctoribus demus veniam. Nihilo minus qui epitomen illam primus scripsit, non Trajani, non Hadriani laudes praedicat, sed Augusto suo summae virtutis coronam imponit et hac ipsa re probare videtur, non alium nisi Augustum ipsi fuisse imperatorem. Idem opus suum ne ad Augusti quidem exitum perduxit, sed quamquam sibi videtur ad annum usque septingentesimum a. U. C. omnia narrasse*), nihil tamen commemorat, quod cladem excipiat Varianam. Haec considerans, nisi ille sub ipsum hoc tempus absolvit opus suum, nihil omnino perspicio, quod eum potuerit movere, ut ibi epitomes constitueret finem, frustraque quaero, cur, si Augusto fuisset superstes, non saltem ad hujus imperatoris mortem sive coelestes honores opus pertexuisse. Mirum profecto, navem, quae passis velis laeta per mare volitet, subito evanescere, nisi fractam et demersam ad scopulum, ubi cursus finitus! nec minor nos capit stupor, si quis nobis velit persuadere, auctorem sub Trajano viventem, quum res ab Augusto actas atque gestas narrans tantum non pervenisset ad portum, subito, nulla conspicua causa, satis procul et in alto mari jecisse ancoras. Credat Judaeus Apella! Equidem non possum non censere, Florum aliquem, hujus epitomes primum auctorem, jam ante Augustum mortuum esse. Eo denique loco, quo de clade Variana sermo (IV. 12), verba „aquilas duas adhuc barbari possident“ leguntur addita. Iam vero ex Tacito**) constat, recuperatas esse duce Druso Germanico sub auspiciis Tiberii illas aquilas; ut dubitari non

*) In hac re aut fallitur — quod veri est simile, quum ubivis se praebeat virum chronologiae aut imperitum, aut poëtarum more minus studiosum — aut librariorum culpa locus est corruptus. Illud praefero, quum numeri me complura exempla denuo docuerint, poeticam historiae conscribendae rationem abhorrire ab chronologiae prisca severitate.

**) Tacit. annal. I., 60 et II., 25, ibique interpretes, in primis quae fusius exposuit Ruperti.

possit, quin qui auctor scripserit illud adhuc, ante Tiberii imperatoris tempora vixerit.

Haec sunt vestigia, quae in contrarias partes abeunt et nos suspicari jubent, epitomes illius auctorem vixisse sub Augusto imperatore. Quem qui temere contenderunt fuisse multo posterioris temporis hominem christianum, ii refelluntur et ea ratione, qua epitomes auctor ubivis locorum religiones Romanorum et Graecorum reveretur, et illo loco (III, 5, 30), quo Pompejum narrans in templum Hierosolymorum intrasse, illud nominat grande impiae gentis arcanum. Missa tamen faciamus haec, quae nullae sunt nisi nugae, et absoluta prima disputationis parte, quae inquirebat in auctorum vitae tempora, ad alterum transeamus locum, quo investigandum, quali modo totum opus sit dispositum.

Quod spectantes, pari modo duplicum quandam generum partiumque constituendorum rationem invenimus. Namque primus qui mihi videtur fuisse auctor et sub Augusto floruisse, ita summam in partes dispertivit:

- I. Temporis spatium, quod amplectitur reges; lib. I., cp. 1—7.
- II. „ „ , quo expugnatur Italia; lib. I., cp. 9—26.
- III. „ „ , quo subigitur orbis terrarum; lib. II. 2
- IV., 2. Hoc tamen amplectitur partes generi subjectas:
 - a. centum fere annorum saeculum, quo res romana maxime floruit; lib. II. 2 — II. 18,
 - b. alterum saeculum, quo eadem jam abiit in perniciem II. 18 — IV. 2, et ita quidem, ut
 - aa. magis honesta et gloria essent bella externa II. 20 — III. 11,
 - bb. turpia et perniciosa, quae eodem tempore gesta, bella civilia, III. 13 — IV. 2.
- IV. His in extremo libro quarto adduntur, quae re vera continent nullam nisi Augusti laudationem et res complectuntur usque ad cladem fere Varianam gestas atque actas.

Sed tantum abest, ut haec generum et partium constituendarum ratio, quamquam neminem, qui libros illos cura intentiori legit, fugere potest, ullo loco distinctius sit proposita, ut prorsus dispari, nihilo minus cognitione quadam eam attingente sit obducta sive obumbrata; et quum altera haec in libris, quales ad nostra pervenerunt tempora, tam primo initio propalam et dilucide sit praefixa, quam postea, ubicunque locorum apte fieri potest, legentibus quasi inculcetur, facile accedit, ut prior illa ex animis effluat et oblivioni detur. Namque alteram, quae mihi videtur rhetori tribuenda sub Trajano viventi, statim in prooemio libri primi habes propositam. Quae quidem haec est:

- I. Prima rerum romanarum aetas sive populi romani infantia; lib. I. 1—7.
- II. Adolescentia, ab regibus expulsis usque ad Coss. Appium Claudium et M. Fulvium sive initia belli punici primi; I. 9—26.
- III. Aetas virilis sive robusta maturitas; quam auctor illo quidem loco dicit perducendam ad Caesarem usque Augustum, quam tamen ipse postea (II. 19), rediens ad ejus, quem sequitur, vestigia, absolvit finito bello Numantino.
- IV. Senectus populi romani eademque sub Trajano revivescens. Quae pars nullo loco legitur pertractata nec unquam videtur fuisse scripta; in locum tamen ejus substituuntur, quae ex illius, qui primus rem composuit, consilii ratione sunt reliqua.

Cogitationem, universam rerum romanarum historiam in quatuor aetates singulorum hominum aetatibus consentaneas bene dispertiri, facile intelligis, tantum in animo viri alicujus romani, qui sub imperatoribus viveret, potuisse gigni atque informari. Atque re vera Lactantius*) narrat, Senecam,

*) Lactantii Instit. Divin. VII., 15.

philosophum illum, hanc rationem primum et protulisse et commendasse; eamque ab illo etiam nunc legimus singularum aetatum finibus paulo quidem aliter constitutam, atque factum hoc videmus a falso nostro Floro. Quam Senecae cogitationem nescio an posterior aliquis rhetor arripuerit suamque fecerit, et quum reperisset epitomen rerum romanarum, Augusti jam tempore scriptam, ipsius vero consilio satis respondentem, audacius manum ad rem agendam admoverit, mox tamen in varia et multiplici haerens difficultate, quae voluerat, reliquerit imperfecta.

Etenim quam germanus Florus de regibus scripserat partem, facile commutavit in populi romani infantiam; nec minus facile, quam ille de Italia expugnata, in adolescentiam; qua re factum est, ut ad libr. I., cp. 26 usque omnia bene conspirent nec ulla oriatur suspicio, ea, quae legamus, ab alio quodam in aliam formam esse commutata. Ne ipse quidem falsus ille, prooemium scribens libri II. et jam de orbe terrarum expugnato (ex vestigiis ejus, qui antecesserat) actuatus, ullo pacto dubitat, se id persequentem etiam expositurum esse aetatem virilem sive robustam maturitatem. Verum tamen haesit, simulac quaequivit, ubinam hujus aetatis fines essent constitundi, et inde a libr. II., cp. 19, postquam Siciliam atque Hispaniam, Macedoniam atque Africam narravit subactas, omnia ita perturbavit, ut jam hoc loco fluctuans atque anceps de aurea aliqua, sicut poetae canant, aetate finita et de ferrea, quae insequatur, priori consilio prorsus abjecto loquatur. Quid? quod libr. III., cp. 12 putat, tertiam populi romani aetatem jam esse absolutam, et persequens eam germani Flori partem, quam supra signis „III., b, bb“ notavimus, fidem sibi haberi postulat, populi romani senectutem describenti! Ab eo inde loco omnia adeo sunt confusa, ut nesciamus, quam dispositionis rationem auctor habuerit in animo informatam.

Nec tamen mirum, quod ille nihil curat, se promisso

rerum epitomen ad Trajanum usque deductam; namque primum hanc partem debuit ex suo ingenio addere, quum non haberet, cuius scripta ficeret sua, deinde imperatorum tempora fuerunt ita componenda, ut senilem populi romani aetatem continerent. Quae res sane erat ardua et ei maxime periculosa, qui, ipse sub imperatore aliquo vivens, etiamsi Trajano senectutis revirescentis corollarium tradidisset, haud dubie gravissime offendisset. Ea fuit iste prudentia, ut ab his laqueis caveret; ea tamen stultitia et impudentia, ut putaret, arte sua se effecisse, ut non intelligerent, ipsum non stetisse promissis et alias auctoris opus turpiter corrupisse.

Utroque jam loco, qui erat explanandus, satis patente vix est cur addam, quae mea sit de summa re sententia illo nixa; praesertim quum facere non potuerim, quin illa vespigia in utramque partem sequens saepius eam proderem. Verum tamen ut habeas, quae defendo, dilucide proposita: „Florus aliquis, sub Augusto vitam qui degit, poetae magis quam historici facultate instructus, populi romani scripsit laudationem eique coronam imposuit imperatoris sui laudes. Quem nullum esse alium, quam cui amico Horatius notissimam illam epistolam dedit, satis proclivis sum ad putandum. Sed postero tempore rhetor aliquis vanus, fortasse adolescentulus ludens illa laudatione usus est, quam in rerum romanarum epitomen per quatuor vitae aetates descriptam permutaret, nec tamen inculta absolvit, haerens in iis quas dixi difficultatibus. Nihilo minus insolenti fortunae lusu factum est, ut perierit germani Flori libellus, servata ad nos usque et transmissa sit imago exscripta“.* Cui sententiae singulare Flori, quem vulgo nominant, dicendi genus prorsus convenire, longum est probare nec necessarium, quum hoc nemo dubitet. Praeterea

*) Nec raro hoc esse factum, sed multa veterum scripta vera et germana interisse, eorum tamen loco ad nos pervenisse exemplaria facta et vana, nemo nescit, qui literarum graecarum et romanarum peritus.

pro sua quiske facultate sentit, quid sit aureae, quid argenteae vel ferreae latinitatis, num quid ex Virgilio an ex Silio Italico, num ex Horatio an ex Statio expressum; et qui hujus generis rem probans sibi videtur doctus, eum cavillatione persequitur, qui se jactat aut doctorem aut doctissimum. Ita sit, ut talibus nugis nullam tribuam vim. Nec minus caveo ab illo Titzii errore, qui majora suscepit, quam quae praestari possunt. Namque imaginem ex rerum romanarum historia quasi ex cera Florus confecit, cujus imaginis forma soluta ex eadam materia rhetor ille aliam conflavit; sed qui, hac liquefacta, denuo ex eadem cera fingit aliud opus, is non restituit Flori, sed tertium palam proponit suum. Est modus in rebus; tibi, qui benevolus legisti, sufficiat hicce etiamsi non amplius.

Schul - Nachrichten

über

das Jahr von Ostern 1857 bis Ostern 1858.

3. Nach Bestimmung Königl. Ober-Schulcollegiums vom 23ten December 1857 ist der bis dahin schwankende Mietwerth der Lehrer-Wohnungen also festgestellt:

- a. Wohnung des Directors auf 80 Thlr.,
- b. Wohnungen des Rectors, Correctors und Subrectors, jede auf 50 Thlr.

4. Der Herr Obergerichts-Director Isenbart hat im Laufe des vorigen Winters das Amt eines Königl. Commissairs bei der Prüfungs-Commission zum größten Leidwesen des Gymnasiums niedergelegt, weil die Obliegenheiten desselben sich mit den richterlichen Geschäften nicht länger gut vereinigen ließen. Dagegen hat Seine Excellenz, der Staats-Minister a. D. von Hammerstein, die Güte gehabt, dasselbe Amt zu übernehmen und hat dadurch dem Gymnasium zugleich eine Bürgschaft gegeben, daß das lebhafte Interesse, welches Hochdieselbe schon früher der Lehranstalt bewiesen hat, nur wachsen werde.

5. Die Beziehungen zu dem Ephorat über die in Göttingen Theologie studierenden Landeskinder haben auch hier seit diesem Ostern die gesetzliche Geltung bekommen.

I.

Zur Chronik des Gymnasiums.

1. Aus der Zahl der Lehrer schied Michaelis 1857 Heinr. Otto Neddelsen. Er hat als Ordinarius der Sexta seit Ostern 1853 mit solcher Auszeichnung gedient, daß sein Austreten allgemein nur mit Leidwesen vernommen wurde, und er selbst hat das von ihm so rühmlich verwaltete Amt nur ungern niedergelegt; indessen war es ihm nicht zu verdenken, daß er einen Ruf an die Bürgerschule zu Bremen annahm, um sich einen Wirkungskreis zu sichern, der seinen Wünschen mehr entspräche. An seine Stelle ist Ant. Heinr. Const. Weinhardt getreten, der, geb. im Novbr. 1830 zu Groß-Himstedt im Hildesheim'schen und gebildet auf dem Seminar zu Alsfeld, nach seinen bisherigen Leistungen dem Gymnasium einen recht guten Ersatz verheißt.

2. Hohes Königl. Ministerium der geistlichen Angelegenheiten hat auf Antrag Königl. Ober-Schulcollegiums im Novbr. 1857 die Huld gehabt, aus der Dom-Structurcasse dem Schul-Fond eine Zulage von 130 Thlrn. zu bewilligen und hat es dadurch möglich gemacht, durch Erhöhung des Gehalts in dem Oberlehrer Dr. Gevers, Ordin. der Secunda, dem Gymnasium einen vorzüglichen Mitarbeiter zu erhalten.

II.

Zur Statistik des Gymnasiums.

Im Sommer-Semester 1857 ist die höchste Schülerzahl 153, im folgenden Winter 152 gewesen. Gegenwärtig ist der Bestand:

1. Prima	19.
2. Secunda	22, darunter 3 Realisten.
3. Tertia	29, darunter 8 Realisten.
4. Quarta	37, darunter 26 Realisten.
5. Quinta	30.
6. Sexta	19.
Summa .	156.

Die erste Realclasse wird von 3 Secundanern und 8 Tertianern, die zweite Realclasse von 26 Quartanern gebildet; in Quinta und Sexta wird kein Unterschied zwischen Studierenden und Realisten gemacht.

Zur Universität sind im Laufe des Jahres 11 entlassen; nämlich:

1) Michaelis 1857.

1. Johann Friedrich August Ludewig Schmidt, Sohn des Schullehrers Schmidt zu Wechold, Amts Martfeld, um demnächst Theologie in Göttingen zu studieren; vorläufig Privatlehrer.
2. Ernst Conrad Brüning, Sohn des verstorbenen Superintendenten Brüning in Selsingen, Amts Beven; wollte Theologie studieren.
3. Franz Heinrich Zimpel, Sohn des Pastors Zimpel in Eisdorf, Amts Beven; Theologie in Göttingen.
4. Georg Heinrich Wilhelm Bredé, Sohn des Rentmeisters Bredé in Ottersberg; Theologie in Erlangen.
5. Ernst Friedrich Leopold Rudolf Schulze, Sohn des Pastors Schulze zu Embsen, Amts Lüne, Theologie in Erlangen.
6. Heinrich Stöckmann, Sohn des Schullehrers Stöckmann zu Sehnde, Amts Isten; Theologie in Göttingen.

2) Ostern 1858.

1. Friederich Carl Rudolf Theodor Matthäi, Sohn des Pastors Matthäi zu Wolterdingen, Amts Schneverdingen; Medizin in Göttingen.
2. Georg Heinrich Hartwig, Sohn des Pastors Hartwig zu Dörverden, Amts Westen; Theologie in Erlangen.
3. Martin Louis Bräß, Sohn des Pastors Bräß zu Neuenkirchen im Lande Hadeln; Medizin in Göttingen.

4. Otto Carl Burchard Anton Friedrich von Gruben, Sohn des verstorbenen Amtsrichters von Gruben zu Hagen; Jurisprudenz in Heidelberg.
5. Carl Wilhelm Hartmann, Sohn des Schullehrers Hartmann zu Horsten, Amts Friedeburg in Ostfriesland; Theologie in Tübingen.

Alle diese haben das Zeugniß der Reife erhalten, vier im allgemeinen mit den Prädicaten „sehr gut“ oder „recht gut“, zwei aber auch als nur nothdürftig genügend, von denen einer diesem Gymnasium fast nicht angehörte. Brüning, ein viel versprechender junger Mensch, erlag wenige Wochen nach dem Examen einem Nervenfieber, das in dem Kreise der Familie schon vorher betrübende Opfer hingenommen hatte.

Außerdem gingen von dem Gymnasium 29 Schüler ab. Von diesen schied 1 auf Wunsch des Gymnasiums; 4 gingen zu anderen Gymnasien über, unter welchen nur einer, welcher ungern abgegeben, aber durch die Veränderung des Wohnsitzes seiner Mutter zum Abgehen veranlaßt wurde, jedoch auch einer, der noch vorher durch Flucht sich entfernte, um wider Willen der Eltern Seemann zu werden. Für die polytechnische Schule bestimmte sich einer; zum Königl. Cadetten-Corps gingen sieben, ins Postfach einer. Bei Versetzung des Vaters verließ einer das Gymnasium; zwei suchten eine seminarische Bildung; zwölf gingen in den Erwerbstand, hauptsächlich in den Kaufmannsstand über.

Neu aufgenommen wurden 37 Schüler, von denen nur 18 in die Sexta, die anderen, schon vorbereitet, in irgend eine andere Classe eintraten.

Wer von der Sexta bis zur Prima das Gymnasium durchmacht, bringt darauf durchschnittlich 10 Jahre zu; solche Schüler sind hier aber sehr selten. Wenige von denen, welche in die

Sexta eintreten, gehen weiter als bis zur Quarta oder Tertia; von denen, die sofort in diese beiden Classen aufgenommen werden, geht höchstens die Hälfte bis in die Secunda; die Mehrzahl derer, welche gleich in die Prima oder die Secunda eingetreten, ist durchschnittlich nur drei Jahre hier. Daher ist der gesammte Durchschnitt der Zeit, welche ein Schüler das Gymnasium besucht, nur 4 Jahre; oder von 152 Schülern gehen jährlich etwa 38 ab.

III.

Sammlungen und Apparate.

Die Bibliothek erhielt im Laufe des Jahres folgenden Zuwachs:

1) An Geschenken.

a. Durch Königl. Oberschul-Collegium:

1. Zeitschrift des historischen Vereins für Nieder-Sachsen. Jahrgang 1854, in 8.
2. Deutsches Lesebuch von Theikuhl, in 8.
3. Sebast. Bach's Werke, 6ter Jahrgang, in Folio.
4. System der griech. und latein. Syntax von A. Heidelberg, in 8.
5. Höyer Urkundenbuch, Register, von v. Hodenberg, in 4.
6. C. Plinii hist. natur. ed. Sillig, vol. VII. in 8.
7. ejusd. volum. VIII.
8. Sebast. Bach's Werke, Nachtrag zum 6ten und 7ten Bande, in Folio.
9. Zeitschrift des histor. Vereins für Nieder-Sachsen, Jahrgang 1855 und erstes Doppelheft von 1856.

b. Von den Herren Verlegern oder den Herren Verfassern:

1. Pauli Brief an die Galater, erläutert von Georg Fried. Jatho, in 8.
2. Der kleine Apollodor, griech. Vorschule von M. Rothert, fl. 8.
3. Christliches Gesangbuch von Dr. W. Nöldeke, in 8.
4. Xenophontis Anabasis für den Schulgebrauch von Fr. Vollbrecht, 1stes Bändchen (B. 1—3), in 8.
5. Deutscher Haus- und Schul-Homer von W. Wiedasch, in 8.

c. Von Sr. Excellenz dem Herrn Staats-Minister a. D. von Hammerstein:

Samuel. Lib. Bar. de Pufendorf de rebus a Carolo Gustavo Sueciae rege gestis libri septem. Norimbergae 1729. fol.

d. Von dem Herrn Landrat Pfannkuche:

1. Geschichte der Herzogthümer Bremen und Verden, von P. v. Kobbe, in 8.
2. Scriptores rerum Germanicarum, praecipue Saxoniarum ed. I. B. Menckenius. 3 tomi. Lipsiae 1728 — 30. fol.
3. Origines Livoniae ed. I. D. Gruber. Lipsiae 1740. fol.
4. Johann Heinrich Büttner's Stamm- und Geschlechts-Register der Stadt Lüneburger Patrizier-Geschlechter. Lüneb. 1704. fol.
5. Gebhardi Dissertatio secularis de re literaria coenobii St. Michaelis in urbe Luneburga. Luneb. 1755. 4to.

6. Ch. Schlopken's Chronikon der Stadt und des Stifts Bardewick. Lübeck 1704, in 4.
7. J. G. Bertram's Reformations- und Kirchen-Historie der Stadt Lüneburg. Braunschweig 1719, in 4.
8. Rerum Frisicarum historia auctore Ubbone Emmio. Franekeræ, Lugduni Bat. et Groningae 1605 folg. in 8.

e. Von dem Herrn Obergerichts-Rath Krimping:

1. Megerlin's deutsche Uebersezung des Koran's, in 8.
2. Die Bibel, 106te Aufl., Halle, Waisenhaus, in gr. 12.

f. Von dem Herrn Conrector Sonne:

Joh. Pet. Niceron's Nachrichten von den Begebenheiten und Schriften berühmter Gelehrter. Theil 1 — 15 herausgegeben von Baumgarten. Theil 16 — 19 von Rambach. Halle 1749 — 50, in 8.

g. Von dem Herrn Collaborator Dissen:

1. Theocritus, Bion et Moschus, ed. Tauchn., in 16.
2. Dionysii Halic. Scripta, latine edita, von Sylburg, in 8.
3. Sophocles ed. Tauchn., in 16.
4. Lexicon antiqu. roman., auctore Pitisco, 3 vol. fol.
5. Lexicon graeco-lat., Basiliae, fol.
6. Pomponii Melae de situ orbis terrarum lib., ed. Meissner, in 8.
7. Vellejus Paterculus ed. Voss, in 16.
8. Lucani Pharsalia, in 16.
9. Euripidis Phönissae, ed. Bothe, in 8.
10. „ „ „ , ed. Schütz, in 8.
11. Aristophanis nubes, ed. Bothe, in 8.

12. Krebs Antibarbarus, 2te Ausgabe, in 8.
13. Sophocles' Trauerspiele, von Aßt, in 8.
14. „ Antigone, von Stäger, in 8.
15. Bion, Moschus, Anakreon und Sappho, Uebersezung, in 12.
16. Cicero von den Pflichten, von Hauff, in 8.
17. „ „ „ , von Garve, 2 Theile, in 8.
18. Julius Caesar, von Wagner, in 8.

h. Die durch Programme-Austausch eingegangenen Universitäts- und Schul-Programme.

(Die beiden folgenden Nummern sind der Bibliothek in Folge einer öffentlichen Aufforderung des unterzeichneten Directors vom 4. Mai 1857 geschenkt worden, nämlich:)

i. Vom Herrn Pastor Clausen zu Uthleda:

Berdener Schul-Programm des Rectors Cammann, de Horatii vita. Stade 1818.

k. Von dem seitdem verstorb. Primaner Ernst Brüning:

Berdener Schul-Programm des Rectors Cammann,
„Ist dem gegenwärtigen starken Andrang zu den
Gelehrten-Studien und namentlich zu der Theologie
Einhalt zu thun und wie? Stade 1827.

2) Angeschafft mit den ordentlichen Mitteln
der Schul-Gasse.

1. Wappen- und Siegelwesen der Herzogthümer Bremen und Verden, von E. A. Hinze, in 8.

2. Bibliothek der gesammten deutschen National-Literatur, in 8. Bd. 35, Carl d. Gr. von dem Stricker;
Bd. 36, Lohengrin.
3. Thiers histoire du Consulat et de l'Empire, livr. 74—85, fl. fol.
4. Theocritus, Bion et Moschus, ed. Aug. Meinecke, in 8.
5. Schoemann opusc. acad., Vol. I. und II., in 8.
6. Die Geschichte der fränkischen Könige Childerich u. Chlodovig, von Junghans, in 8.
7. Griechische Götterlehre, von F. W. Welcker, 1ster Bd., in 8.
8. Griechische Geschichte, von E. Curtius, 1ster Bd., in 8.
9. Aeschinis Socraticei dialogi tres, ed. Fischer, in 8.
10. Encyclopädie von Erß und Gruber; 1ste Abtheilung, Band 64, 65 und 66, in 4.
11. Humboldt's Kosmos, 4ter Band, in 8.
12. Geschichts-Werk von Ulfert und Heeren:
Geschichte des osmanischen Reiches, von Zinckisen,
5ter Bd., in 8.
13. Repertorium von Gersdorf für das Jahr 1857; in 8.

Für den physikalischen Apparat und das Naturalien-Cabinet ist dieses Jahr eine Haretsche Spirale und eine Percussions-Maschine angeschafft; für den Gesang-Unterricht 12 Notenbücher; bei der Turn-Anstalt waren nur die Geräthe zu erhalten.

für die

Schulfieber des Tages,

welche

in dem Saale des Herrn Hanne gehalten wird und um 9 Uhr Morgens beginnt, werden nach einem Prolog, den ein jüngerer Schüler vorträgt, folgende Primaner als Redner auftreten:

1. Heinrich Christoph Notermund, Sohn des Schullehrers Notermund zu Stemmen, Amts Verden;

Thema: Die Reihenfolge, in welcher sich die einzelnen Landschaften Deutschlands an der neueren schönen Literatur betheiligt haben.

2. Georg Gustav Heinrich Goldmann, Sohn des verstorbenen Pastors Goldmann zu Bisselhövede;

Propositorum: Refutantur, quae recentissimus historiae rerum romanarum auctor criminis dedit Ciceroni.